UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

De Admissione, Et Qvis, & quando debeat admittere. Cap. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68489

Visual Library

QVINTA PARS

DE IIS, QVÆ AD ADMITTENDVM IN CORPVS SOCIETATIS PERTINENT.

DE ADMISSIONE, ET QVIS, & quando debeat admittere. Cap. I.

QVI in Societate, quan- 1
tum ſatis eſt, probati fuerunt; & tandiu, vt vtrinque intelligi iam poſſit, num in eadem manere ad maius Dei obſequium & gloriam conueniat;
* admitti debent, non, vt prius, A
ad probationem, ſed modo magis interno, vt membra vnius ac eiuſdem corporis Societatis.' Huiuſmodi autem ſunt præcipue, qui ad profeſſionem, vel in Coadiutores formatos admittuntur. Sed

DECLARATIONES

IN quintã Partẽ de ijs, quæ ad admittendum in corpus Societatis pertinent.

IN CAPVT I.

A ¶ *SOcietas, vt eius nomen latiſſimè accipitur, omnes eos, qui ſub obedientia Præpoſiti Generalis viuunt, etiam Nouitios; & quicunque, cùm propoſitum viuendi & moriendi in Societate habeant, in probationibus verſantur; vt in eã ad aliquem ex alijs gradibus, de quibus dicetur, admittantur,*

Sed quia Scholaſtici approbati etiam modo quodam interiori, quàm admiſſi ad probationem, in corpus Societatis cooptantur; de eorum quoque admiſſione in hac quinta Parte dicetur, quid in Domino obſeruandum videatur.

2 Primo quidem facultas admittendi in corpus Societatis eos, qui admittendi erunt, penes eius caput erit; vt ratio poſtulat. Sed quia Præpoſitus Generalis tam variis locis intereſſe non poteſt; * alijs

tantur, complecti tur.

Secundo modo, qui minus latè patet, Societas cum Profeſſis et Coadiutoribus formatis, etiam Scholaſticos approbatos continet. Ex his enim tribus partibus, ſeu membris, Societatis corpus conſtat.

Tertio modo & magis proprio Profeſſos & Coadiutores formatos duntaxat continet: & ſic accipiendus eſt in Societatem ingreſſus, quem Scholaſtici promittunt; ſcilicet, vt inter Profeſſos, vel Coadiutores formatos illius numerentur.

Quarta huius nominis Societatis acceptio & maximè propria Profeſſos duntaxat continet; non quòd eius corpus alia membra non habeat, ſed quòd hi ſint in Societate præcipui, & ex quibus aliqui, vt inferius dicetur, ſuffragium actiuum et paſſiuum habent in electione Præpoſiti Generalis, & cæt.

Quocunque ex his quatuor modis aliquis in Societate ſit, capax eſt communicationis gratiarum ſpiritualium, quas in ea Præpoſitus Generalis ſecundum conceſſionem ſedis Apoſtolicæ ad maiorem Dei gloriam pa-

* aliis de Societate eam partem huius facultatis, quæ ad totius corporis huius bonum facere videbitur, poterit communicare.*

Tempus ad admittẽdum modo ſuperius dicto, in vniuerſum loquendo, * vltra biennium eſſe oportebit; Sed ſiquis antequàm ad ſtudia mitteretur, vel in eiſdẽ diu probatus fuiſſet, poſt illa abſoluta, ſi ad profeſſionem eſt admittendus, integrum adhuc probationis annum habebit; vt adhuc magis perſpectus ſit antequàm eam emittat. Et prorogari hoc tẽpus poterit (vt in Examine dictum eſt) cum Societas, vel qui ab ea hãc in Domino curã habet, plenius ſibi ſatisfieri deſideraret. B C

QVALES

teſt concedere. Cæterũ de primo admittendi modo, cũ idem ſit, atque ad probationẽ admitmittere, in prima Parte dictum eſt; Et de admiſſione in tribus alijs modis in hac quinta Parte agetur.

B ¶ *Alij, quibus ordinariè magis, & abſolutè communicabitur, Præpoſiti Prouinciales erunt. Quibuſdã tamen Præpoſitis localibus, vel Rectoribus, et alijs Viſitatoribus, aut perſonis inſignibus poterit Præpoſitus Generalis hãc authoritatem communicare; immo & alicui, qui de Societate non eſſet, aliquo in caſu, vt Epiſcopo alicui, vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ; cùm nullus ex Profeſſis eiuſdem Societatis eo in loco, vbi aliquis ita eſt admittendus, inueniretur.*

C ¶ *Quamuis hoc ita ſe habeat; tamen vt prorogari, ita & contrahi hoc ſpatium quibuſdam in caſibus, ex*

cauſis

cauſis tamen non leuis momenti iudicio Præpoſiti Generalis (cuius erit diſpenſandi ius) licebit: rarò tamen id fiet.

QVALES ESSE DEBEANT, qui admittendi ſunt.

Cap. II.

CVM nullo ex his modis admitti debeat, niſi qui idoneus in Domino fuerit exiſtimatus; illi ad profeſſionem idonei habebuntur, quorum vita diuturnis ac diligentibus probationibus
A * à Præpoſito Generali (ad quem referent particulares Præpoſiti, vel alij, quorum teſtimonium Generalis requiret) perſpecta valde & approbata fuerit.' Ad hoc autem conferet illis, qui ad ſtudia miſſi fuerunt, abſoluta iam ea cura & diligentia, quæ ad excolendum

IN CAPVT II.

A ¶ *QVAMquis in remotiſſimis regionibus (cuiuſmodi ſunt Indiæ) poſſit Præpoſitus Generalis iudicio Prouincialis relinquere, non expectatæ hinc approbatione (quæ non, niſi per multos annos, eo perueniret) nũ aliquis ad profeſſionem admitti debeat, nec ne: in locis tamen, ex quibus maior poteſt haberi cõmunicatio, non facilè vlli Prouinciali facultatem admittẽdi ad profeſsionem committet; niſi prius ipſe certior factus ad eos, qui ei videbũtur in Domino, ad profeſsionem admittendos particulariter conſenſum præſtiterit.*

 B ¶ *Quamuis*